



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

66. Universis, & singulis &c. Monitorium, die 3. Augusti 1714. expeditum
contra Canonicum Joannem Blaniardum, & Sacerdotem Josephum
Blaniardum, & Sacerdotem Ludovicum Pomano, ob Sacrilegiam ...
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](#)

N. Nicola.
Joannem Paulum Blanchardi.
Franciscum Joseph Umberro.
Laurentium Caffo.
Carolum Philippum Boggio.
Josephum Antonium Rugarino.
Joannem Mariam Rocca.
Bartholomeum Guglielmetti.
Bernardinum,) Fratres de Bianna
& Stephanum)

Iustitiae Milites.

Joannem Andream Rapeto.
N. Freccia, & duos alios N. N.
Antonium Barcketto.
Bernardum Valino.
Bartholomum Martello.
Dominico Umberto.
Joannem Baptisum Abbatem.
N. Castlone.

Citatur
omnes nomi-
nati & mo-
nentur ad
comparen-
dum & alle-
gandum cau-
sam quare
&c.

Monitis, citatis, & requiratis, ac moneri, & requiri faciatis, eisdemque, & cuilibet ipsorum pricipiat, & mandetis, prout Nos eosdem harum serie citamus, monemus, & requirimus, eisdemque, & cuilibet eorum pricipimus, & mandamus per presentes primo, secundo, & tertio, & peremptorio termino, quatenus infra quadraginta quinque dierum spatium ab exequitione praesentium computandorum, quorum quindecim pro primo, alios quindecim pro secundo, & alios quindecim pro tertio ultimo, & peremptorio termino, ac tripla canonica monitione affixamus, & Vos assigntis debeant, & quilibet ipsorum, prout eos tangit, debeat Romae coram Nobis, personaliter, vel legitimè comparuisse, & comparere ad deducendum, & allegandum causam, quare non debeant ipsi, & eorum quilibet in omnibus, & singulas censuras, & penas in Sacris Canonibus, Concilis, & Constitutionibus Apostolicis, & praesertim in Bulla in Cenâ Domini quotannis legi, & publicari solita, contenta, inficta, imposita, & comminata incidisse, & incurrisse declarari, & contra eos, & illorum quemlibet literas declaratorias quacumque defuper necessarias, & opportunas decerni, & relaxari, & respectivè ipsi non debeant condemnari ad damna, expensas, & interesse, & super premisum cum dicto Illustrissimo Domino Commissario Generali, & aliis, cum quibus opus fuerit, Juri stetisse, deque eorum innocentia, si qua sit legitimè docuisse, praesenti que nostro Monitorio omnino paruisse.

§. 26. Certificantes eisdem sic monitos, requisitos, citatos, & eorum quemlibet, quodsi in predicti Monitorii termino non comparuerint, vel aliqui eorum non comparuerint, seu comparisonem distulerint, vel distulerit, Nos nihilominus ad ulteriora juris, & facti remedii, & ad declarationem incursus penarum prædictarum usque ad Sententiam, illiusque exequitionem inclusive, prout juris fuerit, per contradicatas per Edicatum publicum procedemus, eorum contumacia, vel absentia, & aliis quibuscumque non obstantibus; Et cum excessus prædicti patrati fuerint in jurisdictione, & Territorio Abbatiali Sancti Benigni, & valde notoria sit violenta occupatio jurisdictionis Sedis, & Camere Apostol. nihilominus ad supererogationem ex pluribus etiam Testium depositionibus haec omnia comprobata remanent; Cumque pro praesenti nostro Monitorio exequendo tutus non pateat accessus, propterè volumus, & authoritate nostra decernimus idem nostrum Monitorium contra omnes supra nominatos exequi mediante affixione, & dimissione ejusdem copiarum ad valvas Basilicae Principis Apostolorum Sancti Petri in Vaticano, & Magna Curia Inno-

centianæ, nec non ad valvas Ecclesiarum, Terrarum, & Locorum Abbatialium Sancti Benigni, quo sic exequuto, & in actis infra scripti Nostris Secretarii legitimè reproducito ita eisdem monitos, & eorum singulos arctare, & astrin gere perinde valeat ac si personaliter, & magis legitimè exequitum foret, contraria quibuscumque non obstantibus. In quorum fidem &c. Datum Romæ ex Magnâ Curiâ Innocentianâ anno à Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo septuagesimo decimo tertio, Indictione sexta; die verò 20. Junii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Clementis Divinâ Providentia Papæ Undecimi anno decimo tertio.

Jo. Patricius Archiepiscopus Seleuciæ Thesaurarius Generis, & specialiter Delegatus.

Jo. Antonius Tartaglia Rev. Cam. Apostoli. Secretarius.

Die 26. Septemb. 1713. Elapsis terminis in antedicto Monitorio praefixis, aliisque servatis de stylo Curie servari soliti, lata, & publicata fuit contra omnes citatos Contumaces Sententia declaratoria in cursu in omnes, & singulas Censuras, ac penas in eodem Monitorio contentas, & comminatas.

Eademque die decreta, relaxata, typis impressa, & confectis locis Urbis palam affixa fuit publica Schedula-Cedoloni-nuncupata, qua universis Christifidelibus denunciata fuerunt excommunicati vitandi, ac in eventum mortis privati Ecclesiastica Sepulcrum illi omnes, & singuli, contra quos prædicta Sententia lata fuit.

M O N I T O R I U M

Die 3. Augusti 1714. expeditum contra Canonicum Joannem Blaniardum, Sacerdotem Josephum Blaniardum, & Sacerdotem Ludovicum Pomano ob sacrilegam communicationem cum Advocato Joanne Paulo Blaniardo praetenso Judice Camere Computorum Taurini excommunicato palam declarato, & alia ab ipsis gesta in contemptum censurarum, & Apostolicæ authoritatis.

Joannes Patricius Archiepiscopus Seleuciæ Sanctissimi Domini Nostri Papa, & ejus Reverenda Camere Apostolica Thesaurarius Generalis, & quorūcumque Spoliorum, & Jurium Abbatiarum & Beneficiorum Ecclesiasticorum vacantium in tota Italia Collector Generalis, & specialiter à Sanctissimo Domino Nostro Delegatus.

UNiversis, & singulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Praepositis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurariis, Sacristis, tam Parochialium, quam Collegiatarum Rectoribus, seu earundem Plebanis, Viceplebanis, Curatis, & non Curatis, caterisque Presbyteris, nec non Clericis, & Tabellionibus quibuscumque, illique, vel illis, ad quem, vel ad quos praesentes nostræ literæ pervenerint, seu quomodolibet praesentabuntur, salutem in Domino &c.

§. 1. Noveritis huius nuper coram Nobis comparitum pro parte, & ad instantiam Illustrissimi D. Gasparis Turchi Sanctissimi Domini Nostri Papæ, & Reverenda Camere Apostolica Commissarii Generalis omni meliori modo Principalis

Nonnulli Canonici Abbatialis Ecclesiae S. Benigni metuentes appositionem Interdicti, quia in dicta Ecclesia divina celebrarunt præsente Jo. Paulo Blanckardo publico Excommunicato, in Collegiali congregati de petenda absolutione a censuris deliberant.

Eiusmodi propositioni repugnare Canonicus Joannes Blanckardus, & injuriis affecti Canonici Paffaro, qui eam fecerat.

Prædicto Canonico Blanckardo adhaerent Sacerdotes Joseph Blanckardus, & Ludovicus Romano.

Qui deinde cum præfato Excommunicato palam communicare audent in publicum contempnum censuratum.

Instantia Commissarii Camere Apostolicae, ut procedatur contra præfatos censuratum Contemptores.

Nomina citorum ad comparandum, & allegandum causam quare declarari non debeant incidisse in censuras, & poenas &c.

cipalis, & præviis probationibus assumptis expostum, & deducitum inde, & super eo quod suspicantibus, vel timentibus R. R. Canonis Ven. Ecclesiarum Abbatialis S. Benigni Fructuariensis Nullius Dicecensis, eadem Abbatia vacante, appositiōne Interdicti Ecclesiastici, ex eo quod in dicta Ecclesia Divina fuerant celebratae præsente, & assistente Advocato Joanne Paulo Blanckardo prætento Judge Cameræ computorum Taurini in locis ejusdem Abbatiae vacantis nulliter intruso, ac publico excommunicato, & per Nos per Cedulaum affixionem declarato, obtunc timorem sic consuli nonnulli ex dictis Canonici coram Nobis recurrere, & humilibus precibus supplicatione decreverunt, ut ab hac Ecclesiastica censura illos eximere dignaremur, exponendo non dolose, vel temere id fuisse sequutum. Quo auditio in Collegiali Congressu per Canonicum Joannem Blanckardum supradicti Excommunicati Petrum Antonium Paffaro, qui propositionem fecerat in Capitulo, & referendo ad ejusdem, & aliorum machinationes honestoshos ad superioris recursus, eum simul, ac alios verbalibus injuriis affecti, eisdem præsertim exprobando, quod ipsi Excommunicati extiterant, & non Advocatus ejus Nepos, quem pro tali nunquam reputaverat, nec reputabat, quam declarationem non minus temere confirmaverunt, ac eidem pariter adhaerent Sacerdos Joseph Blanckardus prædicti Advocati Frater, & Sacerdos Ludovicus Romano in eodem loco Ludi Magister, quarum censuram præfato modo contemptum, non solum eò tunc verbis expresserunt, verum etiam præcedenter, & subfrequenter factis comprobabant; privatum enim, ac publice eorum singuli cum dicto Excommunicato publicè per Nos declarato tractarunt, & familiariter versati sunt, imò eohabitarunt, & convixerunt, Ludovicus vero non solum in Civilibus cum prædicto Excommunicato verum etiam in Divinis communicavit, Sacrum in Ecclesia celebrando præsente, & assistente Excommunicato prædicto, & prout latius in Processu, & Procesibus desuper confructis, prædicti omnia memorati Canonicus Joannes Blanckardus, Sacerdos Joseph Blanckardus, & Sacerdos Ludovicus Romano commiserunt, & perpetrarunt in gravem censuratum contemptum, & vilipendium tam conjunctum, quam divisum, ac alias omni &c. singula singulis congrue referendo, ita ut utile per inutile non vitetur, nec è contra &c. non solum &c. sed & omni &c. super quibus &c.; poenas propterēa, ac censuras in Sac. Canonibus contentas damnabiliter incurrendo, fuius propterēa pro parte supradicti Illustrissimi Domini Galpari Turchi Sanctissimi Domini Nostri Papæ, & Reverenda Camere Apostolicae Commissarii Generali instanter, & debite requisiti, quatenus sibi in præmissis de opportuno Juris remedio pridere, Monitoriumque ad partes ad personaliter, vel legitimè comparendum sibi decernere, & concedere dignaremur.

§. 2. Nos itaque petitioni hujusmodi tanquam iustæ annuentes vobis omnibus, & singulis supradictis, & vestrum cuilibet insolitus committimus, & in virtute sancte obedientie mandamus, quatenus statim requisiti, seu aliquis vestrum requisitus fuerit ex parte nostra, imò verius Apostolicâ authoritate antedictos Canonicum Joannem Blanckardum, Sacerdotem Josephum Blanckardum & Sacerdotem Ludovicum Romano, monematis, citatis, & requiratis, ac moneri, & requiri faciat, prout Nos eosdem, & eorum quilibet harum serie citamus, monemus, & requiri mus, primo, secundo, tertio, & peremptorio termino, quatenus infra quadraginta quinque die-

rum spatium ab executione præsentium computan, quorum quindecim pro primo, alios quindecim pro secundo, & alios quindecim pro tertio; ultimo, & peremptorio termino, ac trinā monitione canonica assignamus, & vos assignetis, debant, & quilibet ipsorum, prout eos tangit, debat Romæ coram Nobis personaliter, vel legitimè comparuisse, & comparete ad deducendum, & allegandum causam quare non debeant ipsi, & eorum quilibet in omnes, & singulas censuras, & poenas in Sac. Canonibus contentas, & comminatas incidisse, & incurrisse declarati, & contra eos, & quemlibet literas declaratorias quacumque desuper necessarias, & opportunas decerni, & relaxari, & respectivè non debeant condemnari ad damna, expensas, & interesse, & super præmissis cum d. Illustrissimo D. Commissario Generali, & aliis cum quibus opus fuerit Juri stetiisse, deque eorum innocentia si qua sit, legitimè docuisse, præsentique nostra Monitorio omnino paruisse.

§. 3. Certificantes eosdem sic monitos, requisitos, & citatos, & eorum quilibet, quodsi in prædicti Monitorii termino non comparuerint, vel aliquis eorum non comparuerit, seu comparisonem distulerint, vel distulerit; Nos nihilominus ad ulteriora juris, & facti remedia, & ad declarationem incursum penitentium prædictarum usque ad Sententiam, illiusque exequitionem inclusivè, prout Juris fuerit, per contradictas, per Edictum publicum procedemus, eorum contumacia, vel absentia, & aliis quibuscumque non obstantibus. Et cum excessus prædicti patrati fuerint in jurisdictione, Abbatiali Sancti Benigni, & valde notoria sit violenta occupatio jurisdictionis Sanctæ Sedis, & Reverenda Camere Apostolice & pro prædicti nostro Monitorio exequendo tutus non pateat accessus, propterēa voluntus, & authoritate nostra decernimus idem nostrum Monitorium contra omnes supra nominatos exequi mediante affixione, & dimissione ejusdem Copiarum ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum Sancti Petri in Vaticano, & Magnæ Curie Innocentiana, nec non ad valvas aliquarum Ecclesiarum, Terrarum, seu Locorum Abbatialium Sancti Benigni, quo sic exequuto ita eosdem monitos, & eorum singulos arctare, & adstringere perinde valeat ac si personaliter, & magis legitime exequuntur fore, contrariis quibuscumque non obstantibus. In quorum fidem &c. Datum Roma ex Magnâ Curia Innocentianâ hac die tertia Augusti 1714.

Jo. Archiepiscopus Seleuciae Thesaurarius Gen., & specialiter Delegatus.

Jo. Antonius Tartaglia Rev. Cam. Apostol. Secretarius.

Die 3. Septembris 1714. supradictum Monitorium affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & in nova Curia Montis Citorii per me Sebastianum Vasellum D. N. Papa Curforem.

Die 17. Maij 1715. Elapsis terminis in antedicto Monitorio præfixis, alisque servatu de stylo Curie servari solitis, lata, & publicata fuit contra omnes citatos Contumaces Sententia declaratoria incursus in omnes, & singulas Censuras, ac poenas in eodem Monitorio contentas, & comminatas.

Eademque die decreta, relaxata, typis impressa, & consuetis locis Urbis palam affixa fuit publica Schedula-Cedoloni-nuncupata, qua universis Christifidelibus denunciati fuerunt excommunicati vitian-

Ob nonnullum accessum ad Abbatiam Sancti Benigni mandatur præfens Monitorium Romanum, & alibi affigi, & sic affixum omnes arctare, perinde ac si personaliter singulis intitulatum fuisse.

di, ac in eventum mortis privati Ecclesiastica sepultura illi omnes, & singuli, contra quos prædicta sententia lata fuit.

MONITORIUM

Die 3. Augusti 1714. expeditum contra Dominicum Rufina, & N. nuncupat. il Zoppo *Satellites*, & Dominicum Gamarra Brunettum Procuratorem Fiscalem localem Cameræ Computerum Serenissimi Ducis Sabaudie ob violatam Jurisdictionem, & Immunitatem Ecclesiasticam, & gravia vulnera respectivè inflicta Rev. Petro Francisco Dalmatio Præposito Terræ Abbatialis S. Benigni Fructuarien. Nullius Diœc.

Joannes Patrius Archiepiscopus Selucia Sanctissimi Domini Nostri Papæ, & ejus Reverenda Cameræ Apostolica Thesaurarius Generalis, & quorūcumque Spoliorum, & Jurium Abbatiarum, & Beneficiorum Ecclesiasticorum vacantium in tota Italia Collector Generalis, & specialiter à Sanctissimo Domino Nostro Delegatus.

Universis, & singulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurariis, Sacristis, tam Parochialium, quam Collegiatarum Rectoribus, seu earundem Plebanis, Vice-plebanis, Curatis, & non Curatis, ceterisque Presbyteris, nec non Clericis, & Tabellionibus quibuscumque, illique, vel illis, ad quem, vel ad quos præsentes nostræ Literæ pervenerint, seu quomodolibet præsentabuntur, salutem in Domino &c.

S. 1. Noveritis fuisse nuper coram Nobis comparitum pro parte, & ad instantiam Illustrissimi D. Gasparis Turchi Sanctissimi Domini Nostri Papæ, & Reverendæ Cameræ Apostolica Commissarii Generalis omni meliori modo Principalis, & præviis probationibus assumpjis expositum, & deductum, quod cum Felicianus Sudinus Fiscalis pro Reverendâ Cameræ Apostolica in Terra Abbatiali Sancti Cenigni Fructuariensis Nullius Diœcesis, eadem Abbatia vacante, extaret in confugio Ecclesiæ Parochialis Sanctæ Crucis ejusdem Terra ob timorem violentiarum, quas inferre soliti erant Ministri Potestatis Laicæ, & Cameræ computerum Taurini, licet nulla penitus auctoritate suffulti, & præcisè sub die 27. Aprilis proximè præteriti cum circa horam decimam septimam egressus fuissest de dictâ Ecclesiâ, & propè, ac ante illam in Plateolâ alloqueretur cum Rev. Præposito Petro Francisco Dalmatio, qui pariter de Domo Parochiali contiguâ ea tunc exierat, & cum aliis ejusdem Loci Incolis, idem Sudinus cum ex improviso sibi proximum vidisset Dominicum Rufina Satellitem, illuc versus dictam Ecclesiam convolavit, fuit tamen propè ejusdem scholas apprehensus, & ad invicem colluctando, idem Felicianus prævaluuit secum trahendo dictum Dominicum Birruarium ad scholas Ecclesie, dumque primum earundem gradum præfatus Sudinus teneret, & de manibus dicti Dominici penitus tentaret se eximere, supervenit alter Birruarius nuncupat. il Zoppo in adjutorium Socii, & aggrediendo, ac insimil amplectendo eundem Felicianum de loco immuni, & primo Ecclesia gradu, in quo insistebat, abduxerunt. Dum hæc patrarentur in præjudicium Immunitatis Ecclesiasticæ, & Rev. Dalmatius prædictus admoneret adstantes, ut essent ad testificandum parati super violentâ extractione prædictâ, Dominicus

Gamarra Brunetus prætenus Fiscalis Localis pro prefata Camerâ computorum, qui prædictæ carcerationi præsidebat, & Satellibus adstabat, ægrè ferens dictum Reverendum Præpositum Testes advocavisse pro Ecclesia Immunitate, in eumdem irruit, dicens: *Retinati Prevostò: quibus verbis prolati, impugnato stylo ferreo, seu alio cultro, quem præ manibus gerebat, tria id dictum Præpositum injectit vulnera, unum superficiale super mandibula superiori cum membranarum lassione, alterum super mandibula inferiori penetrans ulque ad os ex parte sinistrâ cum magnâ sanguinis effusione, & alterum in digito medio manus sinistra cum parva lassione; Quibus patratis sceleribus dictus Reverendus Præpositus sic vulneratus, & sanguinem effundens domum translatu fuit, & dictus Felicianus ad carcere adductus in grave eorumdem Reverendi Præpositi Petri Francisci Dalmati, & Feliciani Sudini dannum, & præjudicium, ac Immunitatis Ecclesiasticæ vilipendium tam conjunctim, quam divisi, & alias omni &c. singula singulis congrue referendo, itaut utile per inutile non viuet, nec è contra, non solum &c., sed & omni &c.; super quibus &c.; penas propterea, ac Censuras in Sacris Canonibus contentas damnabiliter incurrendo. Et quamvis adversus dictum Dominicum Gamarram Brunettum tanquam adversus notorum Clerici percussorem à Rever. Domino Canonicô Carolo Antonio Gamarra Vicario Abbatiali pro Sede, & Camerâ Apostolica in dictâ Abbatiâ deputato relaxata fuerint Censuræ, & affixi Cedulones: Nihilominus, cum præter vulnerationem dicti Reverendi Præpositi Dalmati perturba verit unâ cum dictis duobus Birruariis Jurisdictionem Sedis, & Cameræ Apostolicae in dictâ Abbatiâ; Fuiimus propterea pro parte supradicti Illusterrissimi D. Galpari Turchi Sanctissimi Domini Nostri Papæ, & Reverendæ Cameræ Apostolica Commissarii Generalis instanti, & debite requisiti, quatenus firmis remanentibus Censuris, ut supra, à prædicto Rev. Vicario Abbatiali fulminatis adversus dictum Dominicum Gamarram Brunettum, sibi in præmissis de opportuno iuri remedio providere, Monitorium ad Partes ad personaliter, vel legitimè comparandum sibi decernere, & concedere dignaremur; Nos itaque petitioni hujusmodi tanquam julta annuentes Vobis omnibus, & singulis supradictis, ac Vestrum cuiilibet insolidum tenore præsentium committimus, & in virtute sanctæ obedientiae strictè præcipiendo mandamus, quatenus statim visis, & receptis præsentibus, & postquam præsentium vigore fueritis requisiti, seu alter Vestrum cuiilibet infolidum tenore præsentium committimus, & in virtute sanctæ obedientiae strictè præcipiendo mandamus, quatenus statim visis, & receptis præsentibus, & postquam præsentium vigore fueritis requisiti, seu alter Vestrum requisitus fuerit ex parte nostrâ, imò verius Apostolica authoritate supra nominatos *Satellites Dominicum Rufina, & N. nuncupatum il Zoppo, & Dominicum Gamarra Brunettum præstatum Fiscalem localem Cameræ computorum moneatis, citatis, & requiratis, ac moneti, & requiri faciatis, eisdemque, & cuiilibet ipsorum præcipiat, & mandetis, primò, secundò, & tertiò, & peremptoriè, prout Nos eosdem harum serie monemus, citamus, & requirimus, eisdemque & corum cuiilibet præcipimus, & mandamus per præsentes quatenus infra quadraginta quinque dierum spatiū ab executione præsentium computandorum, quorum quindecim pro primo, alios quindecim pro secundo, & alios quindecim pro tertio, ultimo & peremptorio termino, ac triñ canonica monitione assignamus, & Vos assignetis, debeat, & quilibet ipsorum, prout eos tangit, debeat Romæ personaliter, vel legitimè comparuisse, & compare ad deducendum, & allegandum causam, quare non de-**

beant